

fram probationem, humilitatem, & virtutem exercendam, ad eorundem gloriam promerendam, & augendam. Quartò. Est propria abnegatio cupiditatum, ac appetituum ingens mortificatio, vt latius dicam quæst. 8. Ita D. Hieronymus. Tollit crucem suam, qui mundo crucifigitur.

Hieron.

42. August.

In cruce vertitur quidquid molestum.

43. Duplex martyrium.

August.

Martyr quid significet?

Ad Galat. 6. August.

44. Gregor.

1. Corinth. 9.

2. Corint. 11.

Magnus Paulus crucem propriam, & alienam ferebat.

45.

Chryso.

Latus eandem sententiam docet D. Augustinus ferm. 47. de Diuersis. Tollat crucem suam, inquit, ferat, quidquid molestum est: sic me sequatur. Cum enim ceperit, me moribus, & præceptis meis sequi, multos habebit contraditores, multos habebit prohibitores, multos habebit dissuasores, & hoc de ipsis quasi comitibus Christi. Sine ergo minas, sine blandimenta, sine quilibet prohibitiones, si sequi vis in crucem, tolera, porta, noli succumbere. Videntur his verbis exhortata martyria. Vbi satis apertè nostram sententiam docet, in cruce enim vertitur, quidquid molestum pro Domino sustinet. Et cum hæc exhortantur, Videntur exhortata martyria.

Duplex enim est martyrium: vnum, quo corpus pro Deo morti offertur; alterum, quo animi appetitus domatur, ac in seruitutem rediguntur, contrarietateque mundi vincuntur. D. Augustinus ferm. 32. de sanctis. Tota vita Christi hominis, si secundum Euangelium viuat, crux est, atque martyrium. Cuius rei præclaram citato loco S. Doctor assignat rationem. Martyr Græcè, Latine testis dicitur; igitur quotiescumq; bonis affectibus mandatum Christi facimus, toties Christo testimonium perhibemus. Martyr vox Græca, idem est ac Latine testis. Et sicut ille, qui propter fidem Christi morte afficitur, dat testimonium, quod credit in Christum; ita etiam qui amore Christi se ipsum abnegat, suorumque appetitus trucidat, verè testificat, Deum suum esse Christum, seque eius esse discipulum. Concluditque citatus D. Augustinus explicans illud Pauli ad Galat. 6. Mihi mundus crucifixus est. Hoc autem dicit, vt intelligas, crucem, non ligni esse paribulum, sed vite, virtutisq; propositum.

Secundò D. Gregorius homil. 32. in Euangelia. Duobus modis, ait, crux tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus, qualiter vtroq; modo Paulus crucem suam tulerat, qui dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo 1. Corinth. 9. num. 27. Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis: audiamus nunc in compassionem proximi crucem mentis, ait enim: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizetur, & ego non vtor? 2. Corinth. 11. num. 29. Perfectus quippe predicator, vt exemplum daret abstinentie, crucem portabat in corpore. Et quia in se traherat damna infirmitatis aliena, crucem portabat in corde.

Magnus Paulus crucem portabat propriam, & alienam: propriam, dum corpus suum verberabat, flagellis cædebat, ac in spiritus seruitutem redigebat; crucem ferebat alienam, cum eximio charitatis affectu maximè dolebat, anxibatur, ac affligebatur super aliorum incommoda, alienaque detrimenta, vt sua reportabat. Et quia in se traherat damna infirmitatis aliena, crucem portabat in corde. Magnus Doctor Gentium suam crucem ferebat in corpore; alienam verò tanquam ei pretiosiore in corde, vt pote nobiliori parte.

Tertio D. Chrysofomus Orat. de Adoratione sanctæ Crucis in media Quadages. habita apud Grethserium tom. 2. de Cruce. Quid vero, ait, sibi vult dicitur illud: Tollat crucem suam, & sequatur me: Num vt quibus portemus lignum? nequaquam; sed vt ad pericula sensus prompti, sanguinem nostrum in

animis nostris circumferentes, parati in singulos dies ad mortem, ita omnia agentes, quasi nunquam vitam nostram vsque ad vesperam duraturam, sed certissime nos morituros arbitremur. Mandatur homini, vt tollat crucem, seu, vt habet Lucas, Quotidie tollat crucem, mortis instrumentum vt quotidie in mortis contemplationem intendat, quasi nunquam vitam nostram vsque ad vesperam duraturam. Et tunc facile se ipsum abnegabit, omnia quæcumque mundana, etiam speciosa, & allicientia despiciet, propriasque voluuptates, ac appetitus calcabit, hæcque cognitione mortis munitus, facile omnia humana in vna cruce appendet, sicque expeditus prompte viam arripiet, Christum sequetur, & ab eo non discedet. Et dum propria abnegatio commendatur; ad illius facilem executionem quotidiana mortis contemplatio inculcatur.

Lucas.

Si contempletur quis mortem, contemnet mundum.

46.

Cruce labori dat Dei cognitionem, atque notitiam.

47. Iob 42.

Pressura maxime subleuat hominem a statu antiquo ad Dei cognitionem.

Gregor.

48. Exod. 7.

August.

Indulgentia obdurefcimento, castigatione emendatur.

QVÆSTIO VII.

Quare prius præcipit Dominus, vt homo se ipsum abneget, & postea vt tollat crucem?

49.

IN hoc ordine Euangelico mandat Dominus, vt homo abneget se ipsum, & tollat crucem. Cur abnegatio debet præcedere, vt tollat crucem? Tollere crucem significat sufficere omnem laborem, molestiam, & pressuram, vt dixi superiori quæst. & quamuis hoc valde arduum sit; tamén talis crux est admodum facilis his, qui se abnegauerunt, & propius appetitus, atque affectus conculcauerunt, ac trucidauerunt: idè prius mandatur, abneget semetipsum, & postea, tollat crucem. Ea enim Deus solet à nobis exigere, ac requirere, ad quæ iam homo est dispositus, ac facilis redactus. Luctans Angelus cum Iacob ait illi: Dimittite me. Genes. 32. num. 26. Hoc Iacob debebat petere, hoc ille desiderabat, cum in luctamine claudus esset factus, vt notat Lippomanus. Tamen cum Angelus videret affectum Iacob taliter dispositum, & præparatum, vt benedictione accepta, terminaretur lucta; inde ab eo ex postulat, Dimittite me, vt benedictione concessa abeat, & recedat.

Deus a mand. ad que est homo iam dispositus, & facilis inuentus. Genes. 32. Lippom.

50. Chryso.

Secundò D. Chrysofomus Orat. de Adoratione S. Crucis, habita apud Grethserium tom. 2. de Cruce. Vides, ait, quemadmodum eum militem, qui ipsum sequitur, Rex calorū armauit? non scutum dedit, non galeam, non sagittam, non thoracem, non ocreas, non quidpiam aliud eiusdem generis: sed quod his omnibus est fortius præsidium, quod à Cruce proficitur, signum victoria, que contra demonia parata est. Cum Christus Dominus dixisset, quod homo abneget se ipsum, promulgatur, quod bellum gerat aduersus suam carnem, ac voluntatem, aduersusque suos appetitus, & affectus, quos debet domare, ac in seruitutem redigere; quodque debeat dimicare contra potestates tenebrarum harum, contra rectores mundi huius, qui sunt spirituales nequitia. Sed suos milites ad tantum bellum congregantes, quibus armis corroboret cælestis Rex? Scuto ferro, vel galea, lancea, vel ense? minime: alio sublimiori præsidio eos communit, nempe signo Crucis, quod est nostræ victoriae trophæum, & quo omnis nequitia deuincitur, ac profternitur. D. Bernardus ferm. 2. de S. Andrea Et nos armemur, ait, imitemur arma Regis nostri, vt tollamus & nos crucem nostram, in qua de inimicis omnibus triumphemus. Audi, quid Psalmista promittit; inò Spiritus sanctus per os eius. Scuto, inquit, circumdabit te veritas eius. Psalm. 90. num. 5. Crux supremi nostri Regis scutum.

Cruce armamur contra aduersus potestates.

Bernard.

Psalm. 90. Crux scutum nostrum.

51.

Luc. 9.

Tertio. Compone modò id, quod Dominus vniuersis præcipit, cum illo quod dictum est Zachæo, arborem ascendenti: Festinans descende. Luc. 9. num. 5. Cur mandatur homini, vt ab arbore, quæ typum gerebat crucis, festinanter descendat; cum hic omnibus præcipiatur, vt vnusquisque tollat crucem suam, & sequatur me? Ascenderat Zachæus crucem ante vocationem, cum adhuc non se abnegaret, nec adhuc ablata restitueret, & cum tam improportionatus esset cruci, imperatur ei, vt descendat. Ardua Crucis negotia viris imperfectis non proficiunt, sed potius officiant, cum rem suis viribus multo maiorem, ac superiorem aggrediantur. D. Petrus Chrysol. ferm. 54. Descende, ait, vt deponis tanta fransis onera, pondera cupiditatis, vsurarum molem, magistrum publicani, expeditus intres pauperis scholam, discipulatum misericordie, studia virtutum, philosophiam mortis, atque inter vitales ligni ardua iam perfectus ascendas. Res tam sublimis, ac ardua, vt crux, non nisi à perfecto ascendenda est viro, qui iam cupiditatum pondera depouerit; aliàs à tanta difficultate opprimetur, & in offensionem incidet.

Chrysol.

Labore crux sumenda non est, nisi à viro perfecto.

42.

Basil. Seleuc.

In salutis negotio, non propria voluntas, sed Dei nutus sequendus.

Ambros.

53. Ioan. 6.

Euchirius.

In re salutis non nostra, sed Dei voluntas sequenda.

Quartò. Prius dicitur abneget semetipsum, & postea tollat crucem suam. Abneget semetipsum, hoc est propriam suam voluntatem, suorumque appetus abscondat, ac abiciat à se, illorumque affectus amputet, ac trucidet: & tunc tollat crucem suam, hoc est molestiam, mortificationem, ac passionem, de qua ait D. Basilus Seleucus Orat. 31. Via ad salutem passio, & crux regni reconciliatrix. Mandat ergo Christus Dominus; vt quilibet renuntiet propriam voluntatem; & tunc viam suæ salutis, sibi ostensam, assumat, & accipiat, vt per eam gradiatur, illamque sequatur. Quo monemur, saluationis medium, non ex propria voluntatis electione determinandum, sed ex alto Dei consilio designandum. Cum enim quis sua voluntate ducitur, in multa ruit præcipitia. Si vero Dei nutu, ac inspiratione regitur, multum proficit, & facile ad optatam metam deuenit. Quod eleganter exemplo enucleat D. Ambrosius Psalm. 118. ferm. 5. in principio. Miles, ait, qui ingreditur iter, viuandi ordinem non ipse disponit, nec proprio arbitrio viam carpit, sed itinerarium ab imperatore accipit, & custodit illud; prescripto incedit ordine, cum armis suis ambulat, restatq; via conficit iter, vt inueniat comæatum parata sibi subsidia. Si alio ambulauerit itinere, amoniam non accipit, mansonem paratam non inuenit, quia imperator is iubet hæc preparari omnia, qui sequuntur, nec dextera, nec sinistra à prescripto itinere declinant? meritoque non deficit qui imperatorem sequitur suum. Miles, qui determinatam ab imperatore viam deserit, & aliam arbitrio suo eligit, valde ineptus est; & subsidiis sui imperatoris necesse est, vt careat, non enim tenetur imperator pro quibuscumque viis comæatum subsidia parata habere; illis ergo fruatur, qui præscripto itinere pergit, & incedit.

Ait Christus Dominus Ioan. 6. num. 37. Eum, qui venit ad me, non eiciam foras, quia descendit de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Multa consideratione dignum, quod dicat se neminem eieciurum foras; & subdens rationem inquit, quia non venit facere voluntatem suam, sed Patris, qui misit eum. Quod ingeniose expendit D. Euchirius in lib. 1. Reg. cap. 15. Quis autem nesciat, quod voluntas Filij à Patris voluntate non discrepat? sed quoniam primus homo, qui suam facere voluntatem voluit, à paradisi gaudio exiit; secundus homo ad redemptionem hominum veniens, cum voluntatem se Patris, & non suam facere ostendit, permanere nos intus docuit: quia dum exemplo suo nos obediens subdit, viam nobis egressionis claudit. Christus Dominus omnes vult ad salutem reducere; eiusque voluntas maximè vniformis est cum Patris voluntate: Cur ergo ait, quod neminem eiciet foras, quia non venit facere suam voluntatem, sed Patris, qui misit eum? Hæc pro magno

magno documento nostro sunt dicta, Vt ostendatur, quam periculosum sit, quod homo nutum suae voluntatis, & non Dei Patris sequatur. Si homo sua voluntate ducitur, ea, quae sunt salutis facile efficit foras. Vt ergo illam teneat, ac amplectatur, Dei Patris beneplacito regatur.

54. Iona 1.

Mandat Deus Iona, vt pergat in Niuiem ciuitatem, qui Surrexit, vt fugeret in Tharsis, & inuenit nauem euntem in Tharsis, & ascendit in eam. Iona 1. num. 3. Cum nauis per pelagus vela daret, subito exorta est vehemens procella, irruentibus ventis, magna commotione reuoluitur mare; & nauis multum periclitabatur, vt ab aquis absorberetur: educta sorte proicitur Iona in mare; statimque ferina voraginis excipitur hospitio, a quo, cum tertius dies ageretur, euomitur in litus Niuiæ. Et dixit Dominus pisci: & euomit Iona in aridam. Iona. 2. num. 11. Mira profusus res! Ascendit Iona nauem, quae praeminime vitæ fabricatur ab hominibus; & ibi compugnantium ventorum impulsu periclitatur, & ad certam mortem proicitur in mare. Cum autem degluttitur à bellua, ac transmittitur in eius vterum, horrenda mortis sepulchrum, & dura sauitiæ carcerem, ibi respiraculum vitæ inuenit. Quod notans D. Zeno ferm. de Iona inquit: Alio destitutus itinere nauem Tharsis periturus ascendit. Mira tamen res, post naufragium, post nauile sepulchrum incoluntis tertio die Nimitas illustrat. Totus rerum ordo commutatur. In nauis, quae pro vitæ auxilio habetur. Cum tamen in illam propria voluntate ascendit, ibi certo, & inuitabili interitus periculo laborat. In fera autem alio mortis indubitabili fomento, cum res ex Dei alto ageretur consilio, felici fruitur sorte salutis, viuus euasit, in aridamque profiliit incoluntis. Vbi propria voluntas, inuitabile periculum adest: vbi Dei nutus, certa, & secura salus.

Iona 2.

Zeno.

Nostra voluntate periclitamur, Dei nutu custodimur.

QUESTIO VIII.

Quare unicuique non tantum mandat Dominus portare crucem, sed addit crucem suam?

55. Hugo.

Christi Crux non prodest nobis sine nostra.

Pro quo recte respondet Primò Cardinalis Hugo. Dixit Dominus, tollat crucem suam, non meam, ne putes, Christi crucem sufficere sine tua. Crux Christi valde nobis proficua; in ea ipse Dominus suo pretiosissimo sanguine nos redemit: ipsa tamen nobis non sufficit, nisi nos & simul cum illa cooperationem nostram coniungamus, in multa patientia, & sustinentia insurgentium laborum, cum abnegatione propriae voluntatis, ac nostrorum affectuum.

56. Crux, seu pressura propria, valde facili.

Plutarch. Lipsius. Grethler.

Matth. 17.

Secundò. Praecipit Dominus, vt quilibet tollat crucem, res satis ardua, sed inde maximè facilis redditur, cum praecipiat, vt tollat crucem, non alienam, sed suam. Res maximè notatu digna. Ad montem Caluariae pergunt Dominus meus Iesus, & simul duo latrones, vt crucifigerentur, & omnes suas ferebant cruces, moris enim erat, vt homines crucifigendi cruces suas portarent, vt testantur Plutarchus lib. de fera Numinis vindicta. Lipsius, & Grethlerus de Cruce, & alij Auctores. Ex quo insurgit difficultas: Cur ex his tribus Dominus Iesus ita cruce fatigatur, vt necesse fuerit, de adiuramine ei prouidere? Exeuntes autem inuenerunt

hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Matth. 27. num. 32. Cur Dominus Iesus, Dei fortitudo eget, vt ei detur focus in asportanda cruce; non vero alij duo homines? D. Athanasius ferm. de Cruce. Gestauit, inquit, Crucem Simon homo, vt omnibus notum fuerit, quod non suam ipsius, sed hominum mortem mereretur Dominus. Crux, quae à Domino ferebatur, non erat crux propria, sed aliena; crux nempe omnium nostrorum peccatorum. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Iai 53. num. 6. Cum ergo esset crux aliena, inde valde ponderosa, & grauis, vt alium simul portitorem exquireret Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. At Latrones gestabant suorum scelerum, ac malefactorum cruces; & cum essent propriae, illo tanto pondere non premebantur.

Athanas.

Iai. 53.

57. Reg. 17.

1. Reg. 17.

Lryan.

Aliena valde grauis, propria leuis.

Abulen.

QUESTIO IX.

Quare abnegatione, & cruce sequendus est Christus? & quomodo?

In hac voce, qua Christus ad se vocat: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Prius mandat, vt quilibet seipsum abneget, tollat crucem, & tunc eum sequatur.

58.

59. Origenes. Beda. Paschaf. Matth. 19.

D. Thom.

Ad quod respondet Primò Origenes tract. 1. in Matth. Nemo potest ire post Christum, nisi qui se ipsum negauerit. Beda. Nisi quis à se ipso deficiat, ad eum, qui supra ipsum est, non appropinquat. Idem D. Paschafius lib. 8. in Matth. Scala, ac gradus vt ad eum, qui supra te, peruenias, est propriae voluntatis, appetitus, ac concupiscentiæ abnegatio. Christus dixit Adolescentulo: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quae habes, & veni sequere me. Matth. 19. num. 21. Ita habes apud D. Thomam, qui inquit, Non dixit, vende aliqua, sicut

Relictis omnibus sequens duo est Christus.

Hieronym.

60.

Ad Christi sequelam solum Deum debemus intendere.

Ambros.

61.

Infelix, qui labores sustinet, & Christo non fruatur.

Bernad.

Ierem. 17.

Luc. 16. Hypocrita duplici pena puniatur.

62.

Exod. 33. Nysenus.

sicut Ananias, & Saphira, sed omnia, id est omnes affectus, omnesque opes vende, & commuta pro magnis, ac sanctis operibus, vt Christum sequaris, Hinc diuites huius saeculi pungit D. Hieronymus Epist. ad Heliod. Filium hominis non habet, ubi caput suum reclinet, & tu amplas porticus, & ingentia rectorum spatia metiris? Hereditatem expectans saeculi, cohaeres Christi esse non poteris. Vociferatur ille saepe: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me: Et ego onustus auro arbitror, me Christum sequi.

Secundò. Ad quid ad sequendum Christum praemittitur propria abnegatio, ac crucis aspottatio? Necessè est enim, vt omnia temporalia ab animis nostris excludantur, vt mereamur Christum sequi, eiusque conspectu frui. Temporalia enim, vt potè maximè graua, magna interponunt impedimenta ad Christi sequelem; terrenaque omnia multum hebetant, ac obfuscant oculos, vt Christus suspiciatur. D. Ambrosius lib. de fuga saeculi cap. 2. Venit plenitudo, ait, reliquia cessabunt, Christus enim omnes vocat, omnibus patet, vt omnes sequamur; omnibus regnum propositum, & vita aeterna: ego cui Deus portio est, nihil debet curare, nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere. Cum terrena sint impedimenta, tanquam duae alae ad Christum sequendum inseruiunt propria omnium appetituum abnegatio, ac crucis, id est omnium laborum tolerantia.

Tertiò. Praecipit Christus, vt quilibet se ipsum abneget, tollat crucem suam, ac eum sequatur. Valde enim miserum est, vt quis se ipsum abneget, proprios affectus, ac voluntates conculcando, tollatque crucem suam, mortificationes, labores, ac pressuras sustinendo, & non Christum sed mundum, mundanisque glorias sequatur. Quid infelicis, quam in sudore, ac lacta esse participem, & socium cum sanctis, ab eorum verò corona, & gloria dissociari, & excludi? D. Bernardus in Apologia ad Guillelmum. Va semel, inquit, & va iterum pauperibus superbis: Va, inquam, semel, & va iterum portantibus crucem Christi, & non sequentibus Christum, qui nimirum, cuius passionibus participant, humilitatem sectari negligunt. Duplici quidem contritione conteruntur, quando & hic temporaliter se affligunt, & in futuro ad aeterna supplicia pertrahuntur. Laborant cum Christo, sed cum Christo non regnant. De torrente in via bibunt, sed non exaltabunt caput in Patria. Lugent nunc, sed tunc non consolabuntur. Illud Ieremiae 17. n. 18. Duplici contritione conterere eos. De Hypocritis interpretatur S. Doctor: alia peccata vno supplicio aeternae damnationis afficiuntur. Diues ille helluo auarus epulabatur quotidie splendide, & sepultus est in inferno, Luc. 16. num. 22. At Hypocritis vitium plectitur in hac vita molestia, ac pressura ieiunij, & mortificationis; & in altera, aeterna poena, ac damnatione.

Quartò D. Gregorius Nysenus lib. 1. de vita Moylis, explicans id quod dictum est Moyli, Deum videre desideranti. Ponam te in foramine petrae, & videbis posteriora mea: faciem meam videre non poteris. Exod. 33. num. 23. Sic fatur S. Patre Dominus, qui Moyli oracula dedit, qui ad implendam legem suam venit, enigma id enodans aperitissime, similiter ad Discipulos ait: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & sequatur me. Qui sequitur, non faciem, sed tergum aspiciat. Docetur igitur Moyles desiderans Deum videre, quomodo potest Deus videri. Sequi enim Deum Sylucira in Euang. Tom. I V.

corde, & animo semper, quocumque ducat, id ipsum est Deum videre. Etenim transitus ille Dei, Deum esse ducem sequentis significat. Dux praecedendo sequenti viam monstrat. In hoc nostro Euangelio explicat Christus id, quod in enigmate dictum fuit Moyli, cum videnti Deum magno desiderio tenentur. Videbis posteriora mea; faciem meam videre non poteris. Qui sequitur, non faciem, sed posteriora videt: nam si ipsum sequatur, per eiusque vestigia imitatione gradiatur, ipso iam fruatur, ipsumque iam videt. Inquit Dauid: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Psalm. 16. num. 15. In Originalibus habetur: Satiabor, cum euigilauero similitudine tua: Ipsum surgere, ac euigilare Christi similitudine, ac imitatione, est fatiari gloria eius. Sequi Christum, eiusque imitationem tenere, magnum leuamen ad abnegationem, & crucem. Hinc nullum proponitur praemium se abneganti, ac crucem ferenti: nam ipsum sequi Iesum, illique adherere, Iesumque spectare, suprema omnium merces est.

Sequi Christum, est ipsum videre, ac frui ipso.

Psalm. 16.

63. Paschaf.

Quintò D. Paschafius lib. 8. in Matth. Dicit nunc omnibus, vt omnes eum sequantur ad militiam, non pro se, sed pro nobis praesentem, omnes sequantur, nemo antecedere vellet, nemo contraire, nemo declinare, nemo retrosum abire, sed omnes eum sequantur, quoniam ipse solus est, qui pugnat, vincit, & coronat. Monet Paschafius, vt omnes sequantur, & nemo antecedere vellet: nam, qui antecedit, propria voluntate regitur; qui vero subsequitur; alterius electione mouetur: si nostra voluntas per se regitur, errat; qui verò Christi designationem amplectitur, recto, ac tuto itinere graditur. Sequamur ergo Christum, viam monstrantem, vt nemo aberret, sed omnes vmbra illius custodiamur. D. Gregorius Nysenus modò supra citatus. Qui peruenit, ait, is audiet vocantem, is in posterioribus vocantis constituitur, vt Scriptura monet. Psalm. 9. num. 4. Scapulis suis obumbrabit tibi; quod est post Deum esse constitutum: nam scapula posteriora sunt. Vnde Hebraeus pro scapulis habet posteriora dorsi, vt ex Patribus explicat Lorinus auersis scapulis, humerisque nos protegit Deus. Dicitur, quod protegit, non facie, vel manu, sed scapulis, quia qui Christum sequitur, hic abumbratur ac custoditur. Dauid Psalm. 62. num. 9. Abstulit anima mea post te, & suscepit me dextera tua.

Nysenus. Psalm. 9. Hebr. Lorinus. Qui sequitur Christum, custoditur ab omni malo.

Psalm. 62.

64.

Iai. 53.

Sextò. Valde mirum, quod Christus Dominus qui ob suam eximiam humilitatem se appellat nouissimum virorum. Iai. 53. n. 3. qui & suis dicebat, Cum inuitatus fueris, recumbe in nouissimo loco: in praesenti tamen determinat, primatum tenere, ducatumque gerere. Si quis vult venire post me, & sequatur me. Considera, quod meus Iesus, qui dicebat de se, Ego sum vermis, & non homo: sibi eligit, ac adscribit principatum in cruce ferenda, in passione, ac morte amplectenda, in pressuris, ac iniuriis sustinendis. Tollat crucem suam, ac sequatur. Haec est enim eximia virtutis conditio, vt in deiectione, ac depressione sibi eligat, & assumat primos gradus.

Christus in humilitate, ac deiectione sibi eligit primum locum.

65. Genes. 38.

Instante partu, apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantium vnius protulit manum, in quo obstetrix ligauit coccinnum. Illo autem retrahente manum, egressus est alter. Genes. 38. numer. 10. Phares, & Zaram colluctabantur in utero, quifnam eorum prior ex materno alueo esset nasciturus. Zaram, quasi victoriam obtinens, protulit manum, in qua inuoluitur